

RENATI  
CHOPPINI

ANDEGAVI I. C.

Et in Supremo Parisiorum Senatu

ADVOCATI

MONASTICORUM.

SEV.

De Iure Cœnobitarum.

LIBRI DVO.

SECUNDA EDITIO.



PARISIIS.

Apud Michaëlem Sonnium, via Iacobæa,  
sub Scuto Basiliensi.

M. DC. X.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





AD MONASTICOS  
CHRISTIANÆ RELI-  
GIONIS ORDINES.

RENAT. CHOPPINVS  
ANDEGAVVS. I. C.



**A**NTEA QUIDEM pro *etate*, ac  
Forensi *vita* Instituto contextui varios  
Gallici Iuris Commentarios: Cuius  
nempe Iuris in *usu* quotidiano exerci-  
tationeque versabar. Sic neoterici I.  
Coss. nonnulli, florentibus annis, illu-  
strarunt *ciuitas* suas LEGES, patriæ-  
que summorum in DECRETA Magi-  
stratum publica memoria prodiderunt. Nam preter eorum  
Collectanea qui à *Mercensentur* alibi, voluuntur SVBALPINA  
Taurinorum Senatus DECISIONES, ab Anton. Thesaurò  
perscriptæ, eius collega Ordinis, An. 1599. MANTIVANA item, à  
Ioh. Petro Surdo publicata. GERMANICÆ, ab Andr. Kniche-  
no. Vilhel. Rodingo, & Nic. Reusnero vicissim, German. Prin-  
cipum Consiliariis. LVSITANICÆ, ab Alvaro Valasco, &  
Anton. Gamma, senatore. NEAPOLITANÆ, à Vincent. Fran-  
chisio, & Francis. Visio, Aquilano. LVCENSIS pariter Rota  
Decisiones, à Camillo Lepido, Valer. Vallaria, & Horat. Rouato  
Jurisperitis.

In Proem. nostrorum  
De Legib. Parisien-  
Scriptorum, Est in  
Iura Præfat. Andeg-  
Conduct.

Anton Thesaurò  
Taurinensis, De-  
cisiones nouæ Senatus  
Pictomontani.

Mantuan Senatus De-  
cisiones.  
Andr. Kniche, Cæ-  
cellarij Saxonig Ducis  
Ioh. Euelst, Com-  
mentaria in Ius Saxon-  
icum.

Nepollit Senatus De-  
cisionum corpus, per  
Vincenium de Fran-  
chis.



OP E R I S  
P E R I O C H A  
B I M E M B R I S.



**M**ONASTICI IVRIS Tractatio  
duas in PARTES diffunditur: In Statum  
Personarum uniusque iuxta Ductoris,  
Gregisque sui Religiosi: Tum in Priuile-  
giaria capita & Res Monasticorum Con-  
uentuum. Rursus PRIOR PARS tribus Lib. 1. Tit. 5.  
potissimè factorum Canonum præceptis  
concluditur, quæ, distinctis totidem Ru-  
bricis, explananda suscepimus LIBRO. 1.  
Nimirum ut Cœnobitis præponatur *Ab-*  
*bas*, morum sanctimonia doctrinæque probatissimus: Vti deinde,  
semel Præfectus Cœnobio, officiosè versetur in eius Alumnis  
censoria Disciplina vitæque exemplo formandis. Quibus, extre-  
ma serie, accedunt Cœnobarum munera singula, pro votiuo Or-  
dinis sui Instituto. POSTERIOR Tractatus huiusce PARS, fru-  
ctum officij vitæque sanctioris Cœnobaricæ profert in Orbe Ter-  
rarum, triplici Argumento, quod paribus LIBRI. 2. Titulis ex-  
plicabitur. Primum, Apostolicis in Monasticam quàmque Fam-  
iliam Priuilegijs constat: Alterum, Regijs in profanas Res Cœno-  
biorum beneficijs cumulatur. Tertium, latius spargitur ad eximia  
CLERI iura, cum Monasticis communia: Quæ in priuatos, pro-  
fanæque sortis mortales exercentur, religiosæque etiamdum exco-  
luntur. Lib. 1. Cap. 9.

ANNO  
MDCCLXXII  
DIE XXII  
MENSIS  
MAY

Huic secundæ , huiusce Libri Monasti-  
cōn , seu de Iure Cœnobitarum , edi-  
tioni , vltima manus imposta est  
Kalendis Septemb. Anni  
1609.